

8658 Concordiae in sepulcreto rep. pro operculo sepulcri ex lateribus facti; est in curia.

ob industria M · SINGVLA
 rem et optimam ergA · REM · PVBLICAM
 voluntatEM
 quem d. n. in VICTISSIMVS PRIN p. C. 362/3
 5 ceptis praeposuit prouINCIALIBVS · CVRA ·
 eius uis relectis aquis de VIATIS · MVTATIONVM · SPA
 tiis contractis
 claudi O · MAMERTINO · V · C · PER · ITA
 liam illyricum et africa M · PRAEFECTO · PRAETORIO
 10 curante O · PRAENESTIO · V · P · CORR
 uenet. et his T.

Recognovi. Bertolini n. 42 bull. dell' inst. 1875 p. 106, Arch. Ven. 10, 115.

Mamertinus praefectus praetorio fuit ab a. 362 ad a. 366 testibus rescriptis multis et Ammiano; hic autem titulus cum sub unico principe scriptus sit, excluduntur Valentinianus et Valens significaturque aut Iulianus aut Iovianus. Ad illum eum referendum esse efficitur ex compluribus Iuliani ad Mamertinum rescriptis de cursu publico (Cod. Theod. 8, 5, 12 cum adn. Gothofredi). Ceterum num sententiam plene adsecutus sim v. 6, 7, videant ii qui in viarum publicarum tractationem inquirunt.

8659 Concordiae in sepulcreto rep. in substructionibus pyramidis cuiusdam sepulchralis prope viam ad septentrionem. Extat in curia.

P · COMINIO · P · F
 · CL · CLEMENTI ·
 PRAEF · CLASSIVM · PRAET ·
 MISENENS · ET · RAVENN ·
 5 PRAEPOSITO · A · CENS · PROC ·
 AVG · XX · HER · PROC · AVG · PRO
 VINC · LVSITAN · PROC · AVG
 PROV · DACIAE · APOLENSIS sic
 SVB PRAEF · ANN · PROC · AVG
 10 AD · FAMIL · GLAD · TRANSPA sic
 PROC · AVG · XX · HER · PER · HISP
 CITER · OMNIB · EQVESTREB
 MILIT · FVNCT · PONTIF · PA
 TRON · COLONiar · CONC/
 15 AQVIL · PARMENS · VENAFA

ORDO · CONC

Recognovi. Bertolini n. 32 bull. dell' inst. 1874 p. 33, Arch. Ven. 6 p. 381, 7 p. 278.

P. Cominio P. f. Cl(audia) Clementi praef(ecto) classium praet(oriarum) Misenens(is) et Ravenn(atis), praeposito a cens(ibus), proc(uratori) Aug(usti vigesima) her(editatium), proc(uratori) Aug(usti) provinc(iae) Lusitan(iae), proc(uratori) Aug(usti) prov(inciae) Daciae Apolensis, subpraef(ecto) ann(onae), proc(uratori) Aug(usti) ad famil(iam) glad(iatoriam) Transpa(danam), proc(uratori) Aug(usti vigesima) her(editatium) per Hisp(aniam) citer(iorem), omnib(us) equestrib(us) milit(iis) funct(o), pontif(ici), patron(o) coloniar(um) Conc(ordiensis) Aquil(eiensis) Parmens(is) Venafr(anae) ordo Conc(ordiensium).

8660 Concordiae in sepulcreto rep. in iisdem substructionibus, e quibus emersit n. 8659. Extat in curia.

T · DESTICIO · T · F
 CLA · SEVERO · P · P · LEG
 X · GEM · SVB PRAEF · VIGIL
 PROC · AVG · PROV · DACIAE
 5 SVPERIOR · PROC · PROVINC
 CAPPADOC · ITEM · PONTI · MEDI
 TERRAN · ET · AI / / AE · MINOR · ET · LY
 CAON · AN / / / / / IAN · PROC · PROV · RAE
 TIAE · FLA / / / / / DRIANI PONTIFICI
 10 / / / / / COLONIAE
 ALA / / / / / RMANVS · MARTIAL · TITIANVS
 FRC / / / / / AN · ALAE · T · FL · IVLIVS · MEMORINVS
 IVLI / / / / / S · FL · SPERATVS · ALAE · I · SING · AELIVS
 SEVE / / / / / TRON · IVLIANVS · DECVRION EXERC
 15 RAETICI
 PRAESIDI · OPTIMO · ET · SANCTISSIMO
 L · D · D · D

Recognovi. Bertolini n. 33 bull. dell' inst. 1874 p. 34, Arch. Ven. 7, 280.

T. Desticio T. f. Cl(audia) Severo p(rimo) p(ilo) leg(ionis) X gen(inae), subpraef(ecto) vigil(um), proc(uratori) Aug(usti) prov(inciae) Daciae superior(is), proc(uratori) provinc(iae) Cappadoc(iae), item Ponti mediterrane(i) et Arme(ni)ae minor(is) et Lycaoniae Antioch(ianae), proc(uratori) prov(inciae) Raetiae, fl(aminis) divi Ha(driani), pontifici, [patrono] coloniae. Ala[e I Aur(ianae)]: [Ge]rmanus, Martial(ius) Titianus, Fro[ntinus] . . . an(us); alae I Fl(aviae): Iulius Memorinus, Iuli[us] . . . s, Fl(avius) Speratus; alae I sing(ularium): Aelius Seve[rus], Pe[tron]ianus Iulianus decurion(es) exerc(itus) Raetici praesidi optimo et sanctissimo. L(ocus) d(atatus) d(ecurionum) d(ecreto). Alterum exemplum vel certe eidem homini positum alterum titulum, sed fractum dedimus n. 1877. Eiusdem Desticii Severi meminit diploma nuper inventum in castris Reginis (ephem. epigr. 2 p. 462), unde apparuit eum a. 166 praefuisse Raetiae. De tribus alis exercitus Raetici ibidem exposuimus. V. 8 recte supplevit Benndorfius bull. dell' inst. 1874 p. 80 ex Ptolemaeo 5, 6, 17, ubi in Cappadocia recensentur regiones duae Lycaonia cum Iconio oppido, Antiochiana cum oppido Derbe.